Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Itaq; quicumq; manducauit
panem: vel biberit calicem dñi
indigne reus erit corpis et sang
uinis dñi. Probet autem seip
sum homo et sic de pane illo
edat. et de calice bibat. Qui
enim manducat et bibit indig
ne: iudicium sibi manducat
et bibit. Non diuidens
corpus dñi. Gr. Omnes oculi in te sperant dñe et tu das illis escam
in tempore opportuno. V. Aperis tu manum tu
am et impleis omne animal benedic
tione. Alla. V. Caro mea uere est
cibus et sanguis meus uere est potus
qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem in me manet et ego in eo.

Laudes spon salustiane Sexti.

Laude ducem et pastorem in
pumpnis et canticis. Quantum po
tes tantum glorie quia maior omni
laude nec laudare sufficias. Laudis
thema spiritalis panis uiuus et ui
talis hodie proponitur. Quem in sacra
mensa cene turbe fratribus duodene datum
non ambiguitur. Et laus plena
sit sonora sit iucunda sit decora mentis
iubilatio. Dies enim solemnis
agitur in qua mensa prima recolitur
huius institutio. In hac mensa no
ui regis nouum pascha nouae legis
pascha ueteris terminat. Vetustatem
nouitas umbram fugat veritas noctem
lux illuminat. Quod in cena
christus gessit faciendum hoc expres
sit in sui memoriam. Dum sacris
institutis panem uinum in salutis
consecramus hostiam. Dogma
datur christianis quod in carnem tran
sit et uinum in sanguinem. Quod non capis quod non capit animosa fir
mat fides praeter rerum ordinem. Sub
diuersis speciebus signis tantum
et non rebus latent res eximie.
Caro cibus sanguis potus ma
net tamen christus totus sub utraque
specie. Sumitur non consumitur non confractus non diuisus inte
ger accipitur. Sumit unus sumit
mille quantum iste tantum ille
nec sumptus consumitur. Sumunt
boni sumunt mali sorte tamen
inaequali uite ut interitus. Mors
est malis uita bonis inde patris sump
tionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento ne fi
dens sed memento tantum esse sub
singulo quantum totus tegitur.
Nulla rei fit scissura signi tantum fit
fractura qua nec status nec statu
ra signati minuitur. Ecce panis
angelorum factus cibus viatorum
uere panis filiorum non mittendus
canibus. In figuris praesignatur